

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann

Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias quae Puerulo ... Martino Wulffradt/ a Moestißimis parantur parentibus, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1639


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77713389X>

Druck Freier  Zugang




RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiae Doctor &
Professor.
AD
EXEQVIAS
qua
PUERULO ELEGANTISSIMO
MARTINO Wulffradt/

*Mestissimis parantur parentibus,
Omnes omnium ordinum cives
Academicos ad medium primæ in
ædem Marianam invitat.*



ROSTOCHJ. Typis NICOLAI KILI, Acad. Typ. Anno 1639.

LB FP Wulffrath, Martin 1639





RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,
SS. Theologiae Doctor & Pro-
fessor.

VAlerius Maximus
Dictorum factorumq;
memoralium catalo-
gum exponens, de Pa-
trum amore & indul-
gentia in liberos actu-
rus, vix verba satis com-
moda sive apposita, qui-
bus ineffabilem hunc amorem exprimat inve-
nit, dum ita caput exorditur: Det nunc vela pij
& placidi affectus parentum erga liberos in-
dulgentia, salubriq; aura proiecta gratam sua-
vitatis secum dotem afferat. Amor hic paren-
tum et galiberos quosdam parentum pueriliter
agere compulit. Unde Socrates cum Lampro-
clo filio pueriliter lusit. Postquam vero ab Al-
cibide

Dd 2

cibide propter ea derisus esset. Socrates ipsi respondisse fertur: non est ut me parentem cum filio ludentem rideas immoderatus, qui ignoras parentum in filios affectum, tacebis itaque donec & ipse liberos genueris, similia tentaturus & fortasse magis pueriliter. De Agesilaō historiarum referunt monumenta illum miruisse erga natos affectu, hinc aliquando arundine pro equo consensa, una cum pueris domi lusisse perhibetur. Id cum forte quidam vidisset amicorum, rogasse eundem legitur, ne cui diceret quod videret, priusquam ipse quoque liberorum parens esset factus. Quibus verbis sine dubio indicatum fuit, actionem illam alijs jocularem visam, non levitatis fuisse indicium, sed summi erga liberos amoris argumentum. Hæc cum ita sese habeant, facile quilibet conjectura assequi valet, quanto in mœrore quam acerbo in luctu constituti sint defunctuli nostri parentes modestissimi, imprimis liberorum amans pater, vir integerrimus ac civis primarius Dn. Diderich Wolffradt / cum præter exspectationem puerulo scitissimo, ante paucos dies integra sanitate utente orbus fuit. Quem equidem senectutis, hodie propter

propter varias ærum nas opinione citius advo-
lantis, scipionem futurum arbitrabatur. Ve-
rum ut in Propheta Deus dicit: cogitationes
meæ non sunt sicut vestræ, ita in præsentí casu
similiter sese res habet. Parentes equidem fi-
lium bonæ frugi sibi morte ablatum lugent,
Et si luctus ille moderatus sit, improbari non
debet. Quis enim adeo esset stoicus, & ab omni
humanitate alienus, qui liberos hinc disceden-
tes moderate non lugeret. Videmus optimos
parentes non tantum ob filiorum frugi obi-
tum, sed & degenerum quandoq; mœrorem
concipere magnum. Sicuti id Davidis exem-
plum mortem Absolonis acerbis questibus
prosequentis testatur. Multo minus igitur pa-
rentibus debito luctu filiolí sui obitum prose-
quentibus id vitio vertendum, ut autem defuni-
cti nostri genealogiam, more solito pertexa-
mus, programma præsens postular. Natus ergo
est defunctus noster MARTINUS Wulffrath
Anno 1634. 13. Februarij. Patrem habuit vi-
rum integerrimum ac honestissimum Dn. Di-
derich Wulffradt negotiatorem industrium, ac
civem hujus urbis primarium, sedecimvirum
specatissimum, ac ædis Johannitici præfectum

Dd 3

vigilan-

vigilantissimum Matrem autem fœminam le-
tissimam Hedewich Tanecken / virtutibus se-
quiorem sexum exornantibus insigniter dota-
tam. Avus paternus illi fuit patri cognominis
Dieterich Wolfrath Negotiatorem urbis libe-
ræ & imperialis Lubecensis primarium. Avia
paterna MAGDALENA von Cölln/Matrona
primaria. Avum Maternum habuit virum
consultissimum & clarissimum Dn MARTI-
NUM Tanecken / Syndicum urbis quondam
Wismariensis bene meritum. Aviam Materham
Hedewich Taneckens. Matronam laudatissi-
mam. Hisce majoribus præcipuis, omniq;
laude dignis natus defunctulus noster, per la-
vacrum Sacri Baptismatis, Christo à sollicitis
parentibus adductus est, & quoniam educationis
bonæ magna vis, proinde quantum per
ætatem licuit, paulatim illum virtutibus im-
bui curarunt. Veruntamen ut humana
plerumq; sunt: nihil sub sole firmum aut sta-
bile. Quem enim parentes illius roboris fo-
re arbitrabantur, ut etiam tenella ætas disci-
plinæ esse capax, ecce ille, nihil tales speranti-
bus parentibus ex illorum oculis abripitur.
Vulnus sine dubio non leve mœstimiis parenti-
bus

bus inopinata hac morte inflictum, quod tam
en cùm consideratione temporis præsentis,
tùm divinæ voluntatis, facilius consolidabitur.
Tempus præsens, si quis rem æqua æsti-
mat lance, est miseriæ & calamitatis seculum,
de quo antiquum illud rectè usurpatur: O
Domine in quæ nos reservasti tempora. Quis.
quis ergo calamitatibus subducitur, anno il-
le felix ac terq; quaterq; beatus censendus
præcipue si secundo D E I consideremus vo-
luntatem, omnium rerum in terra gestarum
exactissimam cynosuram & regulam probatis-
simam. Huic supremo Domino quicquid pla-
cket nobis merito viventibus lex esto. Quia
itaq; puerulum hunc miseriis partim præsen-
tibus partim adhuc futuris subtrahere divinæ
placuit voluntati, nostrum non est nec ulli
mortaliū refractari, sed simpliciter potius
divinæ acquiescere voluntati.

Parentes autem moestissimi ordini nostro
addictissimi denatūm hunc puerulum terræ
matri reddere hodie constituerunt. Proinde
rogant cives Academicos, ut ad leniendum,
dolorem frequentes funus ad dormitorium,
usq; comitentur. Interca vero suæ ex hac
vita

vita emigrationis recordabuntur. Fiet vero
conventus in æde Mariana ad medium pri-
mæ. P. P. Rostoch. Sub Sigillo Univer-
satis 16. Octobr. An-
no 1639.



propter varias ærum nas opinioni-
lantis, scipionem futurum arbitra-
rum ut in Propheta Deus dicit :
meæ non sunt sicut vestræ, ita in
similiter sese res habet. Parente-
lium bonæ frugi sibi morte abla-
Et si luctus ille moderatus sit, im-
debet. Quis enim adeo esset stoicu-
humanitate alienus, qui liberos h-
tes moderatè non lugeret. Vide
parentes non tantum ob filioru-
tum, sed & degenerum quando-
concipere magnum. Sicuti id
plum mortem Absolonis acer-
prosequentis testatur. Multo mi-
rentibus debito luctu filiolî sui c-
quentibus id vitio vertendum, ut
etiam nostri genealogiam, more si-
mus, programma præsens postula-
est defunctus noster MARTINI
Anno 1634. 13. Februarij. Pat-
rum integerrimum ac honestissi-
derich Wulffradt negotiatorem in
civem hujus urbis primarium,
specatissimum, ac ædis Johannit-

Dd 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]

d
e
les
su
fi-
nt,
n.
ni
en-
nos
bi-
em
m-
us
pa-
se-
iu-
xa-
rgō
ath
vi-
Dī
ac
um
um
an-